

Cum sanguis in epate non percoctus est,
sparguntur in totum corpus multi crudi
humores,

Crudi humores sparsi in corpus, faciunt
κακοχυμιασ, & deinde hydropem,
Ergo immodica ingurgitatio causa est hy-
dropis.

Aristotelis
regula de
connexione
continui
ordinis.

Etsi autem Aristoteles non nominat Soriten,
tamen formam talium argumentorum & usum
ostendit in Antepredicamentis, ubi recitat regu-
lam, quae continet Soriten: Quando alterum de
altero, ut de specie predicatur, quidquid de praed-
dicato dicitur, id de ea specie quoque dici necesse
est, id est, talis est ordo & connexio specierum
& generum, ut, sicut proximum genus est pars
essentiae speciei, ita superiora genera sunt in es-
sentia infimae illius speciei. Voluit igitur Aristote-
les hac forma ostendere, necessariam esse connea-
xionem generum & specierum continui ordinis.

Nomen σωφισμασ est ἀ σοφιασ, quod significat
aceruum. Ac Stoicos hac forma multum usos esse
conspici potest in exemplis, quae extant apud Ci-
ceronem. Sed prudenter videndum est, ubi uale-
ant hae connexiones.

Qui sunt uiciosi Soritæ

Nulli fiunt negatiui Soritæ, Et in affirmatiuis
tantum illi ualent, in quibus uocabula necessario
cohererent, ut species, genera, differentiae, propria.

Item,

Item, cum causis per se ac proprijs attextuntur
proprijs effectus, ut non ualet consequentia in ne-
gatiuis:

Homo non est Leo,
Leo est animal,
Ergo homo non est animal.

Nec ualet consequentia, cum uoces non ne-
cessario coherentes iunguntur, ut:

Viciose
connexio-
nes.

Ex malis moribus ortæ sunt bonæ leges,
Bonæ leges sunt dignæ laude,
Digna laude sunt expetenda,
Ergo mali mores sunt expetendi.

Viciosa connexio est, quia mali mores non
sunt per se causa bonarum legum, Sed mens bono-
rum gubernatorum est per se causa, ut, morbus
non est causa curationis, sed medicus, remedia, &
natura repugnans morbo.

Vulgo recitatur exemplum ridiculum, quod
asseribam, quia cum ridicula tenacius memoria
haereant, illustris commonesactio est de hac re-
gula:

Qui bene bibit, bene dormit,
Qui bene dormit, non peccat,
Qui non peccat erit beatus,
Ergo, Qui bene bibit, erit beatus.

Prima & secunda connexiones habent uicio-
sas, Nam ebrij non mox dormiunt, Nec semper
dormiunt. Nec dormire causa est semper pro-

O 2 hibens





Melant.
Eroiem
Dialect.
Vit. 13

non
ata
ces.
59.